Sit omnibus Notum, quod Nos Fr. Nicolaus Malla commendator monasterij, et Conventus beate Virginis Marie de la merce fratres Hieronimus Antidio, frater Antonius massanet, frater Raphael Mir, frater Gaspar Ciurdi, Andreas Garcia, Barth. Julia, Joes Anglesi, Joannes comes, Joannes Ximenis, omnes presbiteri, et professi, frater Michael Julia, Raphael Segui, Joannes Segual, Antonius Puigs, Michael Puig, Antonius Furter omnes professi, et conventuales dicti monasterij, capitulariter congregati ad sonum Campane, ut moris est, Gratis, et scienter pariter, et nostri indubio pro nostro monasterio, et conventu successoribus, confitemur, et in veritate recognoscimus habuisse et recepisse a vobis Balthasare femenat uno ex juratis ville Sancte Margarite et de pecunijs Universitatis dicte ville Solventi viginti quinq libras, videlicet solidos, et quatuor denarios monete Majoricarum pecunia numerata; seu Veritate de Voluntate omnium Nostrorum, illas habui Ego Andreas Barcelo procurator dicti Monasterij in pecunia nostra, et Testium infrascriptorum. Et sunt illas quas Vra. predicte ville Sancte Margarite, admittimus Vos viginti quinque libras pro proprietate illarum duarum librarum monete Majoricarum censij quas dicto conventui annuatim quilibet sub quarta octobris, quo die celebratur festum Sancti Francisci, faciebatis prepossessione dicta alaudicta per juratos dicte ville cum dicto onere empta per unam caballariarum Mag.ci Petri Raymundi Cafortesa sub die mensis decembris anni Millesimi, Quingentesimi, Nonagesimi, primi, qui possessio tenetur sub allodio caballarie de Alaudia dicti Mag.ci Cafortesa, ad mercedem de laudimijs. Restantes vero videlicet solidi, et quatuor denarij, sunt pro rata dicti censij usque presentem diem decursa. Unde nos prenominati fratres renuntiando exceptioni dicte pecunie non numerate, non habite et non recepte, Regi se nongestie et bene mali, et alterius infactum. facimus Vobis dicto nomine et tenemur Vra. predicte ville Sancte Margarite de predictis viginti quinque libris, videlicet solidis, et quatuor denarijs pro proprietate et rata dicti censij nobis ut predicitur exsolutis bonum et perpetuum finem diffinitionem, liberationem, redemptionem, cautionem et quitationem dictarum duarum librarum. Liberantes, et absolventes, diffinientes, et nomine dicti nri monasterij, et conventus exobligantes vos et vros dicto nomine, seu, et dictam villam, vel illius Universitatem a prestatione et solutione dicti censij. Volentes, et mandantes, quecunque justa predicto censi quomodolibet facientia, cassari, anullari, penitus et extingui, et abolerij; ita quod nobis dicti fratribus nec successoribus nris, seu et dicto nro monasterio et conventui prodesse valeant, vobis aut vestris in aliquo nocere seu nocere. Et ita promittimus, et bona fide convenimus Vobis et vestris dicto nomine, nos dicti cautionis, Redemptionis, et quitationis gestum semper habere ratum, gratum, validum atq firmum, et illud, et contenta in eodem a prima cuius linea usque ad ultimam, non revocare, contrafacere, vel venire nec venienti aliqua ratione, vel causa de jure vel de facto, ullo modo consentire. Sub bona fide, obligatione bonorum omnium et singulorum bonorum dicti nri monasterij, et conventus mobilium, et immobilium, presentium, et futurorum, et hypotheca eorum omni Juris, et facti renuntiatione ad hec necessaria, pariter, et cautela. Quod actum in dicta Civitate die Dominica decima quinta mensis January anno a nativitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo, Septimo Sig[illum] [illegible] nostra

Sacrum predictorum. qui supra laudamus, concedimus, pariterq firmamus

Testes huius rei sunt discretus Joannes calafat scriptor, et sebastianus garcia lapicida, Majoricarum

Ego Andreas Cazelles not.s mag.

80

PERG. 80

80

1497

AYUNTAMIENTO DE VALLADOLID
ARCHIVO MUNICIPAL
Nº 1142

N.78.